quam ds te fuis est dum de debus ili cure meu rem transcursione dictum
epithalamium dictum maximo uis PREFATIO

Annus sole nouo teneras dum format aristas
Anatura In talamis orpe tepente sedit
pingitur & uario mundus discrimine florum
una soli facies gratia cultus amor
Arbuta uitali coalescunt uda uapore
Ignea concretur semina sucu salit
Erigitur genio tellus tumefiet amarito
torrida lasciuis silua uiret spoliis
Lactans cespitibus In nodum truditur herba
Uitea gemmatos brachia dant digitus
In rerum uultu lex iungit pronuba tedas
Aura poli ut sponsum germina cuncta facit
Ergo pari uoto lux caelum flumina nereus
montes prata ferae gaudia conciperunt
Dete quod uernat sortitur maxime mundus
Et naturalem dos tua comit opem
Cui sanguis census genius mens uota supprestant
musarum primo fulta supercilio
Saecula te fidei munumentorum nra dederunt
Corporis & cordis uirginitate parem
Uincentem meritis sponsam dat candida uita
quae cum te superat sic tibi palma uenit
huic niueis consors adridit flamma labellis
Alpa ueri cundas spargit In ora notas

ALIO METRO

Adsit toro fons loquelae mente uoce pectine
ars natura musa foebus quantum & facundia
Uilem nil decet sonare In maximorum laudibus
Conterunt plebeia celsum saepe dicta uerticem

ALIO METRO

Orbe captiuo uenus alma fusis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0362